



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,
Nunquam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

De Welfone vero Filio Rudolphi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

DE RVDOLFFO FRATRE SANCTI

Conradi.

4.

RVDOLFFVS frater superiorum accepit vxorem de
 ninge Itam nomine, cuius pater Couno nobilissimus
 Comes. Mater verò eius filia Ottonis Magni Imperatoris
 Richluit nomine. Hic itaq; Còno quatuor filios pro genuit
 Eggebertum, Leopaldum, Luitoldù, COUNONEM: quorum
 primus, Eggebertus scilicet, Marehiam illà, quæ est in
 bus Saxonix versus Danos, Stadin nominatà obtinuit, &
 filios ac filias per diuersas regiones disseminatas genuit. Hic
 buit quoq; idem Couno quatuor filias; quarum vna Rudol-
 fo isti, alia cuidam de Rinueldin parenti * Haringiorum
 tertia Regi Rugiorù, quarta comiti de * Dyehou nupsit. Ru-
 dolfus præfatus ex sua Ita duos filios Heinricum & VVelfo-
 nem & filiã Rihgardam nomine progenuit. Hic est Henricus
 eus, qui sub annis adolescentiæ in venusta valle iuxta
 Lounon in venatione saxo percussus interiit. Rihgarda
 vnus de maioribus Baioariæ Comitibus vxorẽ accepit. Sed
 quia ex ea hæredem non habuit, tres Abbacias ex suis pro-
 diis magnificè, vt adhuc cernitur, fundauit. Quæ sunt
 bersperg, Goubac, Gifinueld. Et insuper Guelfoni fratris
 xoris suæ villas Vringen, & Selinbach cum omnibus appen-
 ditiis suis donauit, ipsaque Richardis Eberspergæ sepulta
 est. Deniq; Rudolphus postquam debitum naturæ persolu-
 uit, in Altorfensi cœnobio iuxta patrem & matrem huma-
 tus.

*f. Zaring.

*f. Dachau.

DE VVELFONE VERO FILIO

Rudolfi.

5.

GVVELFO suprà nominatus Rudolphi huius filius vxorẽ
 duxit de gente Salica, de Castro Glihberg Iuithan no-
 mine, sororem Heinrici Ducis Noricorum, & Friderici
 Ducis

Ducis Lotharingorum, & Adilberonis Episcopi Metensis, postquā *haberemus Regalem villam Mörigen, & in Longobardia Clismam cortem nobilissimam, cuius sunt x i. milia mansuum vno vallo comprehensi.

Ira lego. in m. / est. heremus.

QUALITER AVGVSTENSEM
ciuitatem ceperit.

ISTE est Gvelf, qui aliquando auxiliante sibi Ernesto Duce Sueviæ Imperatori Conrado Salico rebellabat, & cū Brounone Augustensi Episcopo maximas prædas & incendia faciens, nec non & castella, & munitiones eius diripiens, tandemque ipsam ciuitatem capiens diu dimicabat. Cui Frisingensis Episcopus auxilium ferens eadem ab eo perpeffus est. Hic etiam Abbatiam Altorfensem, transferendo huc monachos de Altenmünster & sanctimoniales nostras illuc ponendo permutauit. In qua Abbatia & ipse postmodū defunctus requiescit. Vxor verò eius adhuc diu superstes in Altenmünster sepulta est. Hic cū ad senectutem peruenisset, & malorum, quæ Ecclesijs Augustensi, & Frisingensi intulerat, sæpius sæpiusque reuoluens animo, recordaretur, ad emendationem cum magna cordis contritione anhelans, examinationem sibi per iudicium aquæ frigide elegit, in qua nõ aliud preciū sibi sufficere estimans, villas super villas cum omni iure suo in ipso examine accumulans composuit, & sic recompensando illatum damnum ad perfectam purgationem peruenit. Quas villas, iuxta modū & qualitatem damni, vtriq; Ecclesiæ sine dilatione in perpetuā possessionem donauit. Hic genuit filiam Chunihā nomine, quā *Alho ditissimus Marchio Estensis Italiæ, cū curte *Elisma dotatam in vxorē duxit, & ex ea Gvelfum totius terræ nostræ futurum hæredem & dominum progeniuit.

De

*f. Azzo, de quo
postea.
f. Clisma.*

MCCLXV
SII
um, um,
SIV
24